[26]

404

S. Carissime Johannes. Magno me affectum abs te beneficio existimo, quod de filij studijs et offensione quae inter ipsum et praeceptorem extitit ita accurate ad me perscripsisti. Ego qui filium amo, sermone illo litterarum maximum vehementer sum commotus. Valde enim vereor ne si filius in hac aetate lubrica coeperit luxuriari paulo post se det praecipitem, meque in dolores gravissimos conijciat. Cum autem non intelligam satis unde illa contentio quam scribis extiterit, et absens inveniri remedium huic malo nequeam, scripsi de hac re ad mihi clariss. D. Doctorem Bokelium, quem spero pro sua in me pietate et amore non gravatim mihi hac in re operam daturum, ut et filium ad officium revocet, et quo:

[illegible interlinear note]

[illegible marginal note]

Bruchstück eines Schreibens an Johannes N.N. Pezel.

15.

modo studia mea ab eo institueret de fu-
dispiciat.. Abs te vero peto, ut
communicato cum D. Doctore consi-
lio, quid tibi optimum facto vi-
deatur obserues, filiumque meum
quemadmodum coepisti, ipsumque
hortari ad optima pergas!
De publicis lectionibus & priua-
tis Exercitijs, de quibus scribis,
quod mihi optimum atque utilissimum
videtur cum D. Doctore statues
& ei adiungendum ijs, qui
priuatas disputationes instituunt
filium indicabis, tuo cum con-
silio, quoties opus erit, iuuabis.
Atque uero omnia beneuolen-
tiæ studij officia, vicissim expectabis.
Nam si uiuam, non patiar
unquam officium ullum, quod ti-
commodo aut dignitati tuæ con-
ducturum sit, frustra te à me